

quidem traditionem probantur tibi ceteri omnes, maxime Imola col. ult. vers. secunda conclusio. Imo consuetudo operatur, vt soli sigillo sine aliqua scriptura fides adhibeatur, etiam extra ea, quorum causa sigillum fuit ordinatum, vt scripsit Gemin. in c. 2. de procuratore in 6. vbi ait, quod ex consuetudine Senensis, homines Castrorum Senis proficiscuntur solo cum sigillo sui Castris, & villæ, quo ostendunt se procuratores suorum vniuersitatum, & Gemin. securus est Decius in d. c. post cessionem, n. 12. in fin. de probat. Et his accedit Bertach. in tract. de Episcopo, li. 1. parte 3. nume. 22. qui testatur, se vidisse ita obseruari. Præterea hic casus locum non habet in causis leuibus. Nam tunc sigillum publicum appositum his quæ non pertinet ad officium sigillantis, fidem facit absque alia sigillantis, vel testium subscriptione. Ita in specie tradunt Abb. in d. c. post cessionem, nu. 4. in septima opinione, de probat. & ibid. col. 3. vers. sed tunc quæro, & n. 6. & apertius Dec. num. 13. qui aliquot similibus comprobatur. Et tandem non habet locum hic casus quo ad semiplenam probationem, & multo magis ad præsumptionem. Ita Dec. in d. c. post cessionem, nu. 14. qui subiungit, n. 15. nec est habere locum casum 25 hunc in sigillo principis, quod adiectum actui priuato illi robur tribuit. Qua de re nunc non disputo.

Hac ex disputatione satis superque intelligimus, sigillum publicum rectè riteq. scripturæ impressum, vim 26 magnam habere, cum plenam fidem faciat, vt scribunt omnes in d. cap. 2. de fide instr. Sal. in l. si qua per calumniam, colum. 1. vers. quæro generaliter, C. de episc. & 27 cler. Et præterea operatur huius sigilli impressio vt vim habeat clausulæ, ex certa scientia. Ita docuit Rim. Sen. in l. pacta nouissima, in fin. Co. de pact. quem secutus est Ant. Gabr. in suis conclusionibus, lib. 1. de præsum. conclus. 4. n. 27. Habet enim vim confirmationis, l. Tribunus, §. 1. ff. de testam. milit. Bart. in l. in fraudem, §. sicut eo. tit. Bald. in c. 1. col. 2. de pace Const. Bertachinus in tract. de episc. lib. 1. parte 3. n. 24. & Rim. in d. l. pacta nouissima, in fi. C. de pact. & Dec. in c. 2. in fi. de fide instrum. Habet etiam effectum delegationis, vt scilicet 29 habens sigillum delegantis impressum literis, censeatur ab eo delegatus, capit. si a subdelegato, de offic. deleg. in 6. Rim. in d. l. pacta nouissima, in fin. & alios commemorat Ant. Gabr. in d. c. conclus. 4. numero 25. qui num. 26. subiungit, probatur etiam commissionem citationis.

Secundum huius disputationis caput est de sigillo priuato, an scilicet probationem, vel præsumptionem faciat. Hac in re distinguendi sunt aliquot casus.

30 Primus est, quando sigillum hoc priuatum adhibetur scripturæ confectæ de re propria ipsius sigillantis, & constat ipsum sigillansem suo proprio sigillo sigillasse. Hoc casus res certa, & clara est, sigillum hoc plenam fidem facere. Ita in specie scripti lib. 2. de arbitrar. iudicium, & c. casu 113. nu. 10. Cum dixi idem operari ac subscriptionem, quæ hoc casu plenam fidem facit, vt dicemus infra lib. 5. subsequenti præsumpt. Et ostendit hæc sigillatio contractus perfectionem. Ita Bal. in l. contractus, col. 2. vers. sed quæro hic. C. de fi. instr. Rim. in l. pacta nouissima, in fi. C. de pact. Francus in c. significauit, col. 1. vers. & quod per priuatam scripturam, de appel. Dec. in c. 2. in fi. de fide instr.

31 Secundus est casus, quando sigillum adhibetur scripturæ de re propria confectæ, & sigillum non est proprium sigillantis, sed alterius. Hoc in casu requiritur, quod sigillans exprimat causam, ob quam alieno sigillo sigillauit, ad hoc vt plenam fidem faciat, sicuti, & superiore casu. Ita Innoc. in d. c. 2. num. 2. vers. si autem nullum sigillum, de fide instr. & ibidem Io. And. col. 2. Bal. num. 13. Fel. col. 1. in prima conclus. Et alios plures cõgessit Ant. Gabr. in d. conclus. 4. num. 15. & num. 19. qui

quidem scribunt, esse exprimendum, sigillum alienum adhiberi de voluntate sigillantis, & eam ob causam, quia proprio sigillo carebat. Et huius sententia ex parte ratio, quia sigillum est variatum, & alioqui res dubia redderetur, iuxta l. ad testium. §. penult. ff. de testam. & quia scriptura sigillari ita debet, vt discerni possit a quo fuerit sigillata, id quod non satis appareret, si vtens alieno sigillo, id non exprimeret.

32 Tertius est casus, quando quis proprio sigillo sigillat alterius scripturam, an eam approbasse ita dicatur, vt & ipse ea obligatus censetur. Hac de re sunt variae Doctorum opiniones. Vna fuit eorum, qui dixerunt inferri præsumptionem approbationis actus adscripti ea in scriptura. Ita gl. in l. si procuratorem absentem, in verbo, intelligendum, ff. de procur. cum dixit, literas sigillatas, id quod non satis appareret, si vtens alieno sigillo, id non exprimeret.

33 Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, si sigillum semiplenam probationem facere. Ita Alb. in d. l. si per procuratorem, col. 3. vers. sed licet priuata, ff. de procur. Salic. in l. si qua per calumniam, col. 1. vers. quæro generaliter, C. de episc. & cler. Fel. in c. post cessionem, col. 3. vers. fallit secundo, de prob. & Soc. Sen. in cons. 58. col. pen. vers. parum facit, lib. 2.

34 Tertia fuit opinio, quod primo sigillum plenam probationem facit. Ita sensit Purpur. in l. ad monendi, num. 177. de iure iurand. qui dixit, quod vbi adesset sigillum non requiritur alia probatio per testes, aut comparatio literarum, sed tota vis est in probanda veritate sigilli, & Purp. secuti sunt Crau. in d. tract. de antiq. temp. in quinta particula primæ partis prin. nu. 44. & Anton. Gabriel. in suis conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 4. nu. 2. & 3. qui scribunt, duas illas supra commemoratas opiniones procedere quoad præiudicium tertij, contra quem solum inducitur, vel præsumptio, vel semiplena probatio, secus quoad præiudicium eius, cuius est sigillum, contra quem plenè probatur. Ego certè non video, quomodo si sigillum plenam probationem faciat. Nam aut constat testibus, sigillansem sua causa, & nomine, sigillum adhibuisse. Et tunc plena probatio quidem oritur, sed illa à testimonio testium magis, quam à sigillo provenit. Aut testes non extant, atq. ita tota vis pender ab ipso sigillo, sicut in specie ista loquuntur glo. & sequaces, & tunc solum præsumptionem facit, cū verè plus operari possit sigillum, quod dicitur esse quid inanima-

inanimatum, vt dicemus statim, quam ipsa subscriptio, quæ solum præsumptionem, (vt diximus) facit.

37 Extenditur primò recepta illa opinio, quod scilicet sigillum faciat præsumptionem, vt procedat etiam in sola ipsa sigilli appositione, absq. aliqua subscriptione. Nam non requiritur aliqua sigillantis, vel testium subscriptio, quod ipse sigillans sigillauerit, vel sigillari curauerit. Ita Bald. in l. 2. C. de rebus alien. non alie. Fel. & Dec. in c. 3. loco. in princ. de prob.

Cæterum dissentire videtur Bar. in proem. Digestorum, col. 3. vers. item quæro si est solum sigillum, & in l. ad testium, §. si quis ex testibus, ff. de testam. qui subscriptionem necessariam esse sensit. Distinguit Alex. in l. quæ dotis, nu. 8. ff. sol. matr. Aut est actus, qui pro sui forma & solemnitate requirit subscriptionem sicuti est testamentum in scriptis, & tunc præter sigillum adhiberi debet subscriptio. Ita loquitur d. §. si quis ex testibus. Aut subscriptio pro forma non requiritur, & tunc sigillum non requirit subscriptionem. Et distinctionem hanc secutus est Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 1. tit. de præsum. conclus. 4. num. 3. & 4.

38 Extenditur secundo, vt procedat etiam si ipsa scriptura loqueretur in tertia persona. Nam adhuc sigillans eam dicitur approbare. Ita Inn. cap. 2. nu. 2. vers. item non est ius, de fide instr. & ibidem Host. col. 3. vers. nec vim facio. Bald. col. 3. vers. dicit Inn. & Anch. in col. 1. vers. nec est vis. Hos ita recenset & probat Ant. Gabr. in d. conclus. 4. num. 22.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio 39 quoad ea quæ in specie reprobata fuerunt ab ipso sigillante. Nam ea sigillando non censetur approbare. Ita Bald. in l. Tribunus, §. 1. vers. nota in isto, ff. de testam. milit. quem secutus est Anton. Gabr. in d. c. conclus. 4. num. 42.

40 Declaratur secundo, vt procedat hæc præsumptio quando literæ ipse, quibus appositum fuit sigillum, approbata fuerunt a parte, vel testibus, secus si approbate non fuissent. Ita Bar. in l. si procuratorem, col. 1. vers. aut non habens sigillum, de procur. Imola in Clem. r. col. 12. vers. si verò literæ, de procurat. Ang. Aret. in proem. instr. col. pen. vers. quod autem dicit, & Ant. Gabr. in d. c. conclus. 4. num. 43.

41 Declaratur tertio, vt non procedat, quando sigillum esset sine scriptura. Nam appositum chartæ vacuæ nil operatur. Ita scribunt Bald. & alij plures, quos commemorat lib. 2. de Arbitrarijs iudicium, & c. casu 113. nu. 2. Et quibus accedunt alij multi relati ab Ant. Gabr. in d. c. conclus. 4. nu. 44. & 45. & attingi supra ad primum huius disputationis caput.

Declaratur quarto, vt non procedat hæc præsumptio 42 quando sigillans iste sigillauit scripturam, quam non vidit, nec legit. Ita Bal. in sua Margarita, in verbo, sigillare. quem secutus est Gabr. in d. conclus. 4. nu. 45. in fin. Et his addo Io. Baptistam à Sancto Seue. in tract. de tract. fact. q. 12. num. 14. in fi. & Io. Bertach. in tract. de episcopo lib. 3. par. 1. num. 21. Et loco iam citato Gabr. nu. 46. 47. & 48. subiungit aliquot declarationes. Et huc pertinent, quæ de subscriptione dicemus in subsequenti libro, vbi explicabimus an & quando subscriptio valeat scriptura non visa, & ibi declarabimus, an præsumatur visa & lecta.

43 Declaratur quinto, vt non procedat, quando sigillum fuit per fraudem appositum. Nam tunc nil operatur. Ita Host. in c. 2. col. 2. vers. sed quid de his, de fide instr. & ibidem Io. And. col. 3. But. col. pen. ver. venio ad textum, & col. ult. vers. si autem non principaliter, Ioan. Bapt. à Sancto Seuerino in tract. de transact. quæstio. 12. num. 15. qui tamen addit, hoc relinquit iudicis arbitrio, an probare omnino voluisset, etiam si sciuisse, vel non. Ant. Gabr. in d. c. conclus. 4. num. 50. qui num. 51. subi-

cit post Bald. idem esse, quando sigillum per errorem fuit appositum.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, 44 quando maximum versaretur præiudicium. Nam tunc solum sigillum non sufficit, sed requiritur etiam subscriptio. Ita sensit Salic. in l. si qua per calumniam, colum. 1. vers. quæro generaliter, C. de episc. & cler. & apertius Alex. in l. quæ dotis, nu. 38. ff. sol. matr. dum declarat l. ad testium, §. si quis ex testibus, ff. de test. quem in specie secutus est Ant. Gabr. in d. conclus. 4. nu. 4. & nu. 5. & ibidem num. 53. aliam adiungit declarationem, quam huc non retuli, quod visa sit huic regulæ non conuenire, sicuti & alia multa ab eodem Ant. Gabr. in conclus. traduntur, quæ cum à proposita hæc disputatione aliena sint de industria præterire ea volui.

Declaratur septimo, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando sigillum suspectum est, vt puta, si eius sculptura non conuenit dignitati eius, qui sigillasse dicitur, si literæ sigilli legi non possunt, vel si ita factum est sigillum, vt intelligi non possit, cuius sigillo sigillatum sit. Ita declarauit in d. lib. 2. de arbitrar. iud. casu 113. nu. 12. vbi scripsi, hoc tamen relinquit arbitrio iudicis. Non repeto hic iam scripta.

*Sigillum scripturæ impressum, præsumi voluntate domini ipsius sigilli appositum, breuis, sed clara enarratio.*

S V M M A R I V M.

1 Sigillum volente domino appositum fuisse præsumitur. Alia refertur opinio, num. 6.

2 Mercatoris libro inscripto, ipsius voluntate scripta præsumuntur.

3 Prædia aut bona alicuius in libro æstimi descripta, ipsius voluntate descripta præsumuntur.

4 Res illius præsumitur, cuius sigillum est impressum.

5 Instrumentum debiti cancellatum penes creditorem existens præsumitur eius voluntate cancellatum.

7 Sigillum suum negans dominus, de mendacio conuictus, præsumitur sua voluntate appositum. Idque etiam locum habet in ipsius heredibus, num. 8.

9 Sigillum appositum scripturæ continenti aliquid in fauorem eius, qui domesticus est domini sigilli, potius subtractum à domestico præsumitur. Et quomodo diluatur hæc præsumptio, num. 10. & 11.

P R Æ S V M P T. LVIII.

Disputauimus superiore casu, an & quando sigillum præsumptionem facit, & quia aliqua attigimus an sigillum præsumatur impressum scripturæ de voluntate domini ipsius sigilli, visum est hic paulò fufius rem hanc explicare. Dicimus itaque præsumptionem esse, quod volente sigilli domino sigillum appositum fuerit. Ita scripserunt Butrius in cap. 3. loco, in secundo notab. de prob. & ibidem Dec. n. 2. Abb. in c. 2. col. pen. vers. ad secundam quæstionem, de fide instr. Crau. in tract. de antiq. temp. in 5. particula primæ partis princ. num. 46. & Anton. Gabr. in suis conclus. lib. 1. tit. de præf. conclus. 4. num. 12. Quæ quidem sententia probatur ex d. ca. 3. loco. Est simile quod dicimus scripta in libro mercatoris, præsumi scripta de eius voluntate. Ita Bal. in rub. C. de fide instrum. vers. sed hic quæro. Alex. in consil. 147. num. 9. lib. 2. & Dec. in d. c. 3. loco, nu. 2. Qua de re extat egregius locus apud Ciceronem in oratione pro Q. Roscio Comedo, quem hic non commemorabo, quod sim traditionem hanc vberius explicaturus suo loco infra lib. 3. subsequenti. Ita dicimus, quod si prædia cæteraque bona alicuius descripta sunt in libro æstimi & catalogi,



tafri, præsumitur quod eo volente fuerint descripta. Ita Bartol. in l. rura, C. de omni agro deserto, lib. 10. ex illo textu, & ex l. census, ff. de probatio. & dicemus infra.

4 Est etiam simile, quod dicimus rem præsumi esse illius, cuius impressum est sigillum. Ita Bal. in Auth. dos data, col. 1. C. de donat. ante nupt. Boer. q. 105. nu. 9. & Benvenuto Straccha in tract. de mercatura, par. 2. num. 71. De qua quidem præsumptione dicemus in subsequenti libro. Est quoque simile quod dicimus, si instrumentum debiti reperitur cancellatum, penes ipsum creditorem, præsumitur voluntate sua cancellatum. Ita Castren. & reliqui in l. Labeo, ff. de pact. & copiose differemus subsequenti in lib. præsumpt...

6 Ceterum in specie præsumptionis, de qua hic agimus, dissentiunt permulti, qui dixerunt, imò si sigillum scripturæ appositum, non præsumi appositum de voluntate domini ipsius sigilli. Ita sanè Albericus in l. si per procuratorem, ff. de procurat. & ibidem Castr. col. 1. versic. in textu. Geminian. in c. quamuis, col. 3. versic. ad secundum crederem, & ibidem Francus col. 2. versic. si verò litera, de procurat. Moderni Parisiens. in commentar. ad consuet. Parisien. tit. 1. §. 5. num. 14. & Didacus Couar. lib. practicarum quaest. cap. 22. Quorum quidem argumenta enitari facile possunt. Et primo citant d. cap. 3. loco, cui responderetur, contrarium potius probare. Adfertur secundo text. in l. 1. §. ille, versic. sed ne furandi. C. de latina lib. tollen. quem dixit singularem Rom. in sing. 637. Verum is textus procedit (vt infra dicemus) in domestico, quem lex præsumit subtraxisse. Tertio considerari solet ratio, quia alieno sigillo sigillari aliquid potest, sicuti testamentum, l. ad testium, §. ab ipso, ff. de testam. & §. possunt, in Instit. de test. sed responderetur, posse quidem sigillari, sed non inde sequitur, quod faciat sine voluntate domini sigilli.

7 Hæc præsumptio fortius procedit, quando si negasset dominus ipse sigilli, sigillum esse suum, & postea de mendacio fuisse convictus. Nam tunc sine controversia præsumendum est, quod sua voluntate adhibitum illud fuerit. Ita Moderni Parisiens. in d. §. 5. num. 14. in fin. argum. athen. contra qui propriam. C. de nō num. pecun.

8 Extenditur hæc ipsa traditio, vt procedat etiam in hærede, vel successore, aduersus quos est negauerit, præsumitur sigillum fuisse adhibitum voluntate defuncti. Ita Moderni Parisiens. in d. §. 5. num. 15. Ea est ratio, quia cum hæres, vel successor non sint informati de voluntate ipsius domini sigilli, iuxta l. si quis arbitratu, ff. de verb. obl. & l. vlt. C. de contrah. empr. & tradit Iaf. in l. si quando, num. 53. C. vnde vi, cum inquam si hæres vel successor, non sint informati, non possunt asserere ita esse, vel non esse. Et propterea standum omnino est auri præsumptioni, quod scilicet, voluntate ipsius domini appositum fuerit sigillum.

9 Declaratur hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando scriptura, si quæ sigillata est, continet aliquid in fauore eius, qui est domesticus domini sigilli, vt si quis domesticus asserat, se esse procuratorem domini sigilli, id probans ex sigillo ipso. Nam hoc in casu præsumptio non est, quod sigillum sit appositum voluntate ipsius domini, sed potius præsumitur subtractum ab hoc domestico. Ita Io. Andr. & Hoff. in cap. 2. de solut. Anchar. in c. 2. col. 1. versic. in dubio autem, de fide instr. Rom. in consil. 446. col. vlt. & sing. 337. Nunquid. Marf. in l. 1. §. qui in rationibus, col. 1. ff. de falsis, quos ita in hæc sententiam citauit, atque secutus est Ant. Gabr. in d. concl. 4. num. 13. & num. 39. & 40. Et moti ij sunt arg. d. l. 1. §. ille, versic. sed nec furandi, C. de latin. liber. tollen. Ceterum, cum aduersus hanc declarationem ob stare videatur tradita à Felino in d. cap. coram, num. 9. versic. 2. li-

mit. de offic. deleg. perpendenda sunt ea, quæ scripti sunt in si. 14. præsumptionis. Hanc autem declarationem intelligit Anton. Gabriel. in d. conclus. 4. num. 14. & num. 40. quando probaretur, sigillum ita conuenisse diligenter custodiri, vt verisimile non sit, quod fuerit furto subtractum. Et huius sententiæ fuisse commemorat Imol. & Felin. Intelligi etiam potest hæc declaratio, nisi is, qui sigillo uti vult, esset vir probata vitæ. Nam in eo celsat furti suspicio, sicuti simili in casu scripti super in 14. præsumpt. in 4. casu.

Scripta in lapidibus, parietibus, & monumentis, quando præsumptionem, vel plenam probationem facere dicantur.

S V M M A R I V M.

1 Scriptura posita in loco publico, & manifesto, in his que magis sunt etiam præiudicij, plenam facit fidem. Et his scripturis probari etiam ius patronatus, num. 2. ea que facere notorium, num. 3.

4 Scriptura posita in loco publico est recens sit & noua, plenè probat, si de nullius præiudicio agatur. Et quid si agatur de præiudicio modico, num. 5.

6 Scriptura publico loco posita, non facit fidem contra eum, qui scripturæ non consentit, si præsertim de illius magno præiudicio agatur.

Et quid si non constat de voluntate eius, variae sunt opiniones. num. 7.

P R A E S V M P T. LIX.

1 Requens est in iudicijs disputatio de scriptis in lapidibus, parietibus, & monumentis, an probationem, vel præsumptionem faciant? Qua in re solem distinguere aliquot casus.

2 Primus est, quando scriptura est antiqua, & posita est in loco publico, & manifesto, tunc etiam in his, quæ magni sunt præiudicij, plenam & perfectam probationem facit. Ita gloss. in c. cum causam, de probat. Spec. in tit. de probat. S. videndum, versic. restat nono per libros. Bald. in consil. 3. 10. An patronatus, lib. 5. qui respondit, ius patronatus antiquum in his scripturis plenè probari. Idem affirmant Imola in consil. 60. Calcan. in consil. 90. num. 8. Dec. in consil. 135. col. 1. Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 2. par. 2. in §. art. decimæ quaest. principalis. Ripa in cap. cum Ecclesia Saturna, num. 97. de causa post. & propr. Hieron. Gabr. in consil. 196. num. 9. lib. 2. Purp. in l. 1. num. 155. ff. si certum pet. Marf. in rubr. C. de probat. num. 191. Alba in consil. 64. num. 27. Crau. in tract. de antiq. tempor. in prima parte. principalis, in particula nona, quæ incipit, octauo datur, & c. num. 10. & 14. qui dixit, scripturam hanc publice omnibus patere, & ob id inducere in notorium, sicuti affirmant Bart. & Bald. in lib. monumentorum, C. de religiosis & sumptibus fanerum, & dicemus in sequenti libro, in præsumpt. 90.

3 Secundus est casus, quando scriptura non est antiqua, sed recens & noua, sed de nullius præiudicio agitur. Hoc sanè casu sine dubio perfectè, & plenè probat. Ita Crauet. præcitato in loco, num. 15. adductus auctoritate Innoc. in rubr. de consecrat. ecclies. vel altar. qui exemplum afferunt, quando agitur de probanda ecclesiæ consecratione. Sup. b. l. 1. 2. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

4 Tertius est casus, quando scriptura est recens & noua, & agitur de alterius præiudicio, sed modico, prout est in quaestione confinium. Ita gl. in d. cap. cum causam, de probat. Gemin. in consil. 100. col. 2. Crau. in loco præallegato. Quibus accedunt Castren. in l. si furioso, in fin. C. de testam. Corn. in consil. 171. nu. 10. & in consil. 33. num. 5.

num. 5. lib. 1. Guido Papæ in quaest. 193. versic. 6. Calcan. in consil. 9. num. 7. & Hieron. à Monte in tract. de finibus, cap. 65.

6 Quartus est casus, quando scriptura est recens, & noua, & agitur de fati magno præiudicio eius, de cuius voluntate apparet quod illi scripturæ non consentit, vt quia protestatus est contra eos, qui scribi fecerunt. Ita ex mente Bartol. & Baldi in d. l. monumentorum, Co. de religio. & sumptib. funerum, scripsit Crauet. in d. c. nona partic. num. 14. in fine, quam sententiam existimo verissimam.

7 Quintus est casus, quando scriptura est recens, & noua, & agitur de fati magno præiudicio eius, de cuius voluntate non apparet, an. si eo volente facta fuerit illa scriptura. Hoc in casu sunt opinioniones. Nam Bart. & Bal. in d. l. de monumentorū. C. de relig. & sumpt. fun. affirmant, plenam probationem facere, ex quo præsumitur, quod facta fuerit scriptura illa de voluntate eius, de cuius præiudicio agitur.

Altera fuit opinio Calcanei in dict. consil. 9. num. 8. quod inducat præsumptionem. Tertia vero fuit opinio Crauetæ in loco sæpius allegato, num. 14. quod faciat semiplenam probationem. Crediderim, tribuendū esse multum arbitrio iudicis, qui pro rei, facti, & personarum qualitate arbitratu, an probationem, vel præsumptionem faciat.

Iuramentum præsumptionem quam urgentem, & efficacem faciat explicatur.

S V M M A R I V M.

1 Iurando aliquid asserens, vel negans, verum fateri, vel negare præsumitur.

2 Saluis aternæ nemo creditur immemor.

3 Geminatio atque actuum pluralitas præsumitur, potius quam testium peritium.

4 Iurantes ab initio artis, & negotij, ex fide, & vt viro bono conuenit, exercere velle, habent pro se præsumptionem.

5 Officialis iuratus præsumitur vera scripsisse in libro census.

6 Miles Reipub. causa abesse præsumitur.

7 Magistratus in ciuitate, vel prouincijs ius dicens, præsumptionem pro se habet.

8 Confessio iurata testatoris fidem facit.

9 Peritium semel, verum non fateri præsumitur.

10 Testis semel peritium fidem non facit, imò nec iudicium ad torturam, aut formandam inquisitionem, num. 11.

P R A E S V M P T. LX.

1 Requens est iurifurandi vsus, in foro, & iudicijs magna que ex eo oritur præsumptio. Qui enim iure iurando si aliquid asserit, vel negat, verum fateri vel negare præsumitur, l. vlt. C. ad leg. Jul. repe. Ea est ratio (vt eo loci scriptum est) quia si nemo creditur immemor aternæ salutis. Hinc primo infertur, præsumi pro teste, qui in iudicio dixit testimonium, ex quo iurare solet, & debet. l. iurifurandi, C. de testibus, & c. in tuis. de testibus, & scripsi in commentarijs de Arbit. iudicium, lib. 1. q. 26. Ita ad rem nostram infert Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsumpt. 16. num. 3. versic. & ex hac, qui subiungit, præsumi potius geminationem, atque ita pluralitatem actuum quam peritium testium, c. cum tu, de testibus, vbi Doct. & multis comprobabimus in lib. 6. præsum. 24. vbi agemus de præsumptione, quæ veritatur circa pluralitatem actuum.

2 Infertur secundo præsumi pro his, qui ab initio suæ artis & negotij iurant ea legaliter, & ex fide, vt viro bono conuenit, exercere. Ita Alciat. in d. præsumpt. 16. ad fin. qui ob id subiungit, horum libros & codices semiplenam probationem facere, quo ad tertium, quædam, §. nummularios, ff. de eden. & tradunt Bart. & reliqui, in le. admonendi, ff. de iureiura. & in l. nuda, ff. de dona. & confert gloss. in cap. ad audientiam, in verbo iuratus, de præser. quæ dixit, ex illo textu, officialem si iuratum præsumi vera scripsisse in libro census, cui alias non adhiberetur fides.

3 Infertur tertio præsumi pro milite, quod scilicet absit causa Reipub. vnde restituitur in integr. Ita gloss. in l. pen. ff. ex quibus causis maior, & tradit Alc. in d. præsum. 16. in fi. Ea est ratio, quia miles dum ad militiam recipitur, iurandum præstat, secundum gl. in d. l. pen. De quo quidem iuramento scripsi plura in tract. de recuper. possel. remed. 9. n. 359.

4 Inferri potest quarto ex eadē l. vlt. Co. ad leg. Jul. repet. præsumi pro magistratib. qui vel in ciuitate, vel in prouincijs ius dicunt, ex quo iurandum præstant, priusquam ad magistratum assumantur, l. rem non nouam, & l. vlt. C. de iud. vbi Bar. & reliqui.

5 Inferitur quarto, quod licet confessio facta in testamento non valeat nec probet, attamen si testator iurauerit, si valebit confessio, fidemque faciet, quia præsumitur quod ob iuramentum adhibitum non fuerit immemor salutis aternæ. Ita probat l. cum quis decedens, §. codicillis, vbi Bart. n. 3. in fi. de leg. 3. auth. quod obtinet, vbi Bal. n. 4. C. de probat. Bart. in l. 2. num. 1. Co. communia. de legatis, & ad rem nostram Alc. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 4. n. 2. Et his accedunt Fel. in c. si cauit. num. 24. & 25. de fide instrum. Iaf. in l. 1. in princ. nu. 6. ff. de eo per quem factum erit, & Ruin. in consil. 120. n. 1. lib. 5. & dicemus infr. lib. 4. in præsumpt. 58. vbi explicabimus quæ præsumatur vera confessio testatoris ad fauorem eius, cui legari non potest.

6 Declaratur hæc præsumptio, vt locum non habeat in eo, qui si semel fuit periurus. Nam is præsumitur peierare, c. parvuli. 2. q. 2. & cap. literis. de præsumpt. & scribit Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. Et huc facit egregius locus M. Ciceronis in oratione pro Rabirio Posthumo, cum ait. Vbi quis semel peierauerit, ei credi postea, etiam si plures deos iuret, non oportet. Hinc fit quod testi, qui alias fuit periurus, fides non adhibetur, c. testimonium. de testibus, & dicemus infr. lib. 5. præsum. ad regulam semel malus.

7 Imo testis alias periurus nec iudicium quidem facit ad torturam, nec ad formandam inquisitionem, c. sicut nobis. in fi. de testibus, & responderunt Fulgos. in consil. 107. in consil. 273. & Dec. in consil. 189. num. 8. quos secutus est Alc. in d. præsumpt. 10. n. 2. Qui quidem eam præsumptionem multa de peritij pena scripsit, qua de re nos plura in commentarijs de Arbit. iudicium, lib. 2. casu 319.

8 Inferitur tertio præsumi pro milite, quod scilicet absit causa Reipub. vnde restituitur in integr. Ita gloss. in l. pen. ff. ex quibus causis maior, & tradit Alc. in d. præsum. 16. in fi. Ea est ratio, quia miles dum ad militiam recipitur, iurandum præstat, secundum gl. in d. l. pen. De quo quidem iuramento scripsi plura in tract. de recuper. possel. remed. 9. n. 359.

9 Inferri potest quarto ex eadē l. vlt. Co. ad leg. Jul. repet. præsumi pro magistratib. qui vel in ciuitate, vel in prouincijs ius dicunt, ex quo iurandum præstant, priusquam ad magistratum assumantur, l. rem non nouam, & l. vlt. C. de iud. vbi Bar. & reliqui.

10 Inferitur quarto, quod licet confessio facta in testamento non valeat nec probet, attamen si testator iurauerit, si valebit confessio, fidemque faciet, quia præsumitur quod ob iuramentum adhibitum non fuerit immemor salutis aternæ. Ita probat l. cum quis decedens, §. codicillis, vbi Bart. n. 3. in fi. de leg. 3. auth. quod obtinet, vbi Bal. n. 4. C. de probat. Bart. in l. 2. num. 1. Co. communia. de legatis, & ad rem nostram Alc. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 4. n. 2. Et his accedunt Fel. in c. si cauit. num. 24. & 25. de fide instrum. Iaf. in l. 1. in princ. nu. 6. ff. de eo per quem factum erit, & Ruin. in consil. 120. n. 1. lib. 5. & dicemus infr. lib. 4. in præsumpt. 58. vbi explicabimus quæ præsumatur vera confessio testatoris ad fauorem eius, cui legari non potest.

11 Declaratur hæc præsumptio, vt locum non habeat in eo, qui si semel fuit periurus. Nam is præsumitur peierare, c. parvuli. 2. q. 2. & cap. literis. de præsumpt. & scribit Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. Et huc facit egregius locus M. Ciceronis in oratione pro Rabirio Posthumo, cum ait. Vbi quis semel peierauerit, ei credi postea, etiam si plures deos iuret, non oportet. Hinc fit quod testi, qui alias fuit periurus, fides non adhibetur, c. testimonium. de testibus, & dicemus infr. lib. 5. præsum. ad regulam semel malus.

12 Imo testis alias periurus nec iudicium quidem facit ad torturam, nec ad formandam inquisitionem, c. sicut nobis. in fi. de testibus, & responderunt Fulgos. in consil. 107. in consil. 273. & Dec. in consil. 189. num. 8. quos secutus est Alc. in d. præsumpt. 10. n. 2. Qui quidem eam præsumptionem multa de peritij pena scripsit, qua de re nos plura in commentarijs de Arbit. iudicium, lib. 2. casu 319.

Confessionem in scriptis factam, præsumi deliberatè factam, & alia nonnulla satis egregia exposita, atque tractata.

S V M M A R I V M.

1 Confessio facta in scriptis deliberata præsumitur.

2 Confessio tutoris peritientis bona sua adscribi in pupilli inuentario, spontanea, & deliberata præsumitur.

3 Confessio voce sponte facta præsumitur deliberatè emissa.

4 Confessio geminata ex intervallo facta præsumitur deliberatè, & exceptionem non numeratæ pecuniæ excludit, n. 5.

P R A E S V M P T. LXI.

1 Cvm quis in scriptis aliquid fatetur, & deliberatè id dixisse præsumitur, cap. si quis iuratus 2. quaest. 3. iuncta gloss. in verbo, tractandi, & apertius ibidem præ-